

communem mutavit: *Varia hominum sunt studia.* στεῖ-
 χοντα ἐν εὐθείαις ὁδοῖς, recta vero, honesta, studia per-
 sequendo χρὴ μάρνασθαι (σὺν) φυᾷ, *allaborandum est*
pro cuiusque ingenio et natura. Sic φυᾷ P. VIII, 61. 62.
 πράσσει (συμπράσσει) γὰρ ἔργῳ (ἐν ἔργοις) μὲν σθένος.
Ad certamina prodest robur, ad consilia prudentia,
 (ὥστε τούτους,) οἷς συγγενὲς ἔπεται (οἷς συγγενὲς ἐστὶ
 τοῦτο, πάρεστι φυᾷ. vel οἷς τὸ συγγενὲς ἐστὶ, vt P. X,
 19. N. VI, 15) προῖδειν (τὸ) ἐσόμενον. *ita ut prouideant*
euenta ii, quibus a natura hoc datum est. Tu,
 Chromie, *naturae beneficio habes utrumque.* τρόπῳ
 quod ante φυᾷ. τῶν τε καὶ τῶν χρήσιες, *uteris et hoc*
et illo, habes. Iam v. 43. quod *de victore* dicere vo-
 lebat, *ad se* reuocat: *Nolo in congerendis diuitiis stu-*
dium collocare, sed, liberaliter inde amicos iuuando, stre-
nue factis, etsi aerumnosis, gloriam parare. Ἄλλ' (ἔρα-
 μαί, ἐξ) ἰόντων φίλοις ἐξαρκέων, εὖ τε παθεῖν καὶ ἀκοῦ-
 σαι, *bene rem gerere et laudem consequi,* vt Pyth. I, 191
 εὖ δὲ παθεῖν, τὸ πρῶτον ἀθλων (bonum successum ha-
 bere, feliciter rem gerere), εὖ δ' ἀκούειν, δευτέρα μοῖρα.
 Isthm. V, 17 εἴ τις, εὖ πάσχων, λόγον ἐσλὸν ἀκούη.
 cf. sup. ad Ol. VIII, 96. (igitur *suauem vitam* non de-
 signat.) Quae sequuntur v. 48 sq. tam concise extulit
 poeta, vt diuinatione potius opus sit quam interpre-
 tatione: κοινὰ γάρ (f. γ' ἄρ' vel μὲν, vt Mingarell.)
 ἔρχοντ' ἐλπίδες πολυπόνων ἀνδρῶν. Ingeniose vir do-
 ctus ἐλπίδας refert ad τὸ εὖ πάσχειν καὶ εὖ ἀκοῦσαι,
 quod omnes πολύπονοι, *qui magnos labores suscipiunt,*
 votis expetant tanta praemia, qualia Herculi obtige-
 runt. At enim ita non video, quomodo nexa et apta
 sit sequens propositio: ἐγὼ δ' Ἡρακλέος ἀντέχομαι, ita
 vt in eum sensum orationem concinnare in promptu
 sit. Itaque ad τὸ πλουτεῖν retuleram. Nunc equi-
 dem amplectar hoc, πολυπόνους ἀνδρας esse h. l. qui
 magnas res suscipiunt ac gerunt, et ad εὖ παθεῖν καὶ
 ἀκοῦσαι referam, hoc quidem sensu: *Nam communia*